

Marenchani, Vercellenses et Novarienses¹ aliaeque gentes plures tendas suas et paviliones fixere, et alii multi circumquaque ordinati sunt. Dux vero Saxoniae² a parte australi^{a.3} prope portam Sancti Stefani⁴ cum^b magna manu militum et bellatorum exercitum suum collocavit. Et sic rex^b cum sua caterva civitatem et suburbium ex omni parte ita circumdedit, quod nemo intrare nec exire poterat.

Verumtamen intra civitatem erant habitatores eiusdem loci, viri fortissimi et ad bella doctissimi⁵. marchioque Malaspina⁶ cum militum et stipendiatorum fortissimorum caterva, qui marchio erat princeps virtutum⁷, corporis fortissimus et ad militandum promptissimus⁸, simul cum eo Mediolanensium consules, quorum unus Amicus de Landriano et alter Gottifredus, Manerius etiam^c vocatus, qui secum fere centum habebant milites fortissimos non solum ad se deffendendum, sed^d ad impugnandum alios⁹.

[6.] Castris ergo exterius firmatis et exercitu ordinato, hostes, videlicet milites et pedites, iussu regis, ut in obsidionibus et preliis fieri solet, menia suburbii et civitatis armis et machinis quaque die agredi et oppugnare ceperant. Quibus, qui intus aderant, tamquam^e viri preliatores¹⁰ et ad bella doctissimi¹¹ nec minus ostibus^f

- a) 'austicali' Legè II. b) 'cum magna — rex' fehlt Legè I.
c) 'etiam]' Legè I. d) 'se' Legè II. e) 'tamquam' Legè I.
f) '[h]ostibus' Legè I.

1) S. oben S. 115. 2) Heinrich der Löwe. 3) Vgl. oben S. 112. 4) Die Porta di S. Stefano lag im Süden, später Porta di Genova, heute Porta Serravalle genannt; Giac. Carnevale, Notizie storiche dell' antico e moderno Tortonese I (1845) S. 149, 262; Legè II S. 39.
5) Cant. 3, 7. 8: 'En, lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi'.
6) Obizzo. Vgl. Otto von Freising, G. Fr. II 20 Ende: 'Erat autem predicta arx non solum suis viribus, sed etiam Mediolanensium fortitudine et vicinorum baronum, quorum unus marchio Opicius cognomento Malaspina fuit, presidiiis munita obque tantae opis confidentiam ad propellendam principis iram instrui ausa'. Oben S. 103 f. 7) Vgl. Judith 14, 17: 'principes virtutis Assyriorum'; 1. Mac. 5, 56: 'Azarias princeps virtutis'. 8) Vgl. Judic. 20, 46: 'pugnatores ad bella promptissimi'.
9) Ueber die Hilfe der Mailänder vgl. besonders Otto von Freising (oben Anm. 6), Otto Morena SS. 18, 594, Gesta Frederici in Italia ed. Monaci Vers 323 ff. und namentlich G. Fed. in Lomb. S. 17. S. auch oben S. 101. Dass die Tortonesen auch angriffsweise voringen, betonen besonders die beiden ersten, während die G. Fed. in Lomb. nur von Verteidigung reden. 10) Vgl. Isai. 42, 13: 'Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir proelior suscitabit zelum'. 11) Vgl. Cant. 3, 8: 'omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi'.